



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Ex defectu animæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

comitiali morbo, aut sit dæmoniacus, solusq; Papa dispensat. Quòd si iam ordinatus est leprosus, potest celebrare vbi non est scandalū. Qui dæmoniacus, aut caducus, aut furiosus, potest, cum cessauit diu morbus, celebrare. Quidam tamen requirunt plenam sanitatem.

\* De morbo multa Maiol. l. 2. c. 18. & deinceps, Sayrus c. 9. Vide Nau. n. 203.

Qui dæmoniacus? Nau. l. c. Maiol. l. c. 15. Sayrus l. c. n. 14.

4 Hermaphroditus, qui tamen, si praebeat sexus in eo virilis, potest dispensante Papa ordinari.

\* Hermaphrod. ? Nau. l. c. Maiol. l. 1. c. 27. Nau. n. 136. Sayrus c. 8. n. 25.

*Ex defectu anima.*

1. **C**Vi deest scientia requisita à Concilio Tridentino, quibusdam est Irregularis, alijs non est; modo legere sciat, & scribere. Potest quidem in suscepto ordine idiota ministrare dispensante Episcopo.

\* Vide Sayrum. c. 13. Maiol. l. 1. c. 32. Nau. 205. Vital. num. 35.

\* Trid. sess. 23. c. 4. de reform. & c. 11. 13. 34. Nau. num. 105.

2 Hæreticus, & hæretici fautor si sit notorius, aut per sententiam condemnatus; item filius & nepos mortui cum hæresi manifeste, vel cum hæresi mortuæ filius. Vide Hæresi. Potest

## IRREGULARITAS.

337

Potest tamen hæreticus pœnitens in suscep-  
to Ordine ministrare.

\*Maiol.l.5.c.46.Nau.l.c.Vinal.n.60. Tolet.l.c.  
Vide l.1.25.

Potest tamen 3 Habita dispensatione, non  
autem ad altiores gradus euchi Maiol.l.c.n.2.

3 Neophytus, scilicet ante annos decem à  
conuersione ad fidem.

Dispensat in prædictis Papa.

\*Vinal.n.53.lege Sayrum.l.c.nu.10. De Neophy-  
ti multa Conar. de homic.p.1. §.2.n.7. dicens, tūc  
Neophytos ab Episcopo ad ordines, & bene-  
ficia admitti posse, cum nouit eos christiana  
disciplina apprime imbutos: certè D. Ambr.  
recens regeneratus in Episcopum Mediola-  
nensem electus est.

Dispensat 3 Nau.l.c.

Ex deformatione licita vide Ex illicita.

1. Q Vi post baptismum occidit aliquem  
aut mutilat (non causa morbi, aut iuste  
defensionis vitæ) viuentis membrum habens  
distinctum per se officium, est irregularis.

\*De hac re vide Sayrum l.6.c.15. Nauar. à nu-  
mero 206.

Post baptismum 3 Nau.nu.209. Sayrus l.c.n.  
10 licet quidam dicant, etiam ante baptismū.

{ officium 3 Sayrus n.14. Nau.l.c.

2 Quidam putant defendantem quidem se,  
aut patrem, aut filium, aut vxorem, non esse

P

Irregu-